



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

47. de Fine

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Sic opus rō Deoū, rō dē pīōua ēc eiōra.
Vt in numismate, inquit, Cælariano, quod
Domino oblatum est, quæ huius ipse non cuius
est possedit, sed cuius est et imago, & in-
scriptio, ut illi redderetur. Sic fidelis signatus
est à Christo. Dei nomine spiritum vero habet
Dei imaginem. Ex quo inferit Deo reddendū
esse. Rād ab istis formis intrinsecis, quæ
ignorare sunt, sed ab extimis, quæ videntur, ar-
gumenta ducunt oratores.

Sic hominem a figura, & specie corporis
commendat Diuus Ambrosius. Forma tamen
humani corporis est venustior, status erectus, &
excelsus, vt neque enormis proceritas sit, ne
que vilis, & abiecta pusillanimitas, tum ipsa
habitudo corporis suavis, & grata, vt neque
belluina vastitas horrore sit, nec gracilis te-
nus, infirmitatis. Ac primum omniā cognoscamus
humani corporis fabricam instar esse
mundi. Siquidem vt cœlum eminet aeri, terris
maria, quæ velut quedam membrana mundi: Ita etiam caput supra reliquos artus nostri
corporis cernimus eminere, præstantissimum
que esse omnium, tanquam inter elementa
cœlum, tanquam arcem inter reliquæ urbis
mœnia. In arce autem hac, regalem quandam
habitare sapientiam secundum Propheticum
dicitur. Quia oculi sapientis in capite eius:
hanc esse cæteris rurore, & ex illa membris
omnibus vigorem, prouidentiamque deferit.
Quid enim robur, & validitas lacertorum
proficiat, quid velocitas pedum, nisi capitum
velut Principis sui imperialis quedam admuni-
culetur potest. Ex hoc enim desit uuntur
vniuersa, aut omnia fulciuntur. Quid agat for-
tudo, nisi oculo deuceatur in præliu? Quid
fuga, si deus obturus? Carcer est totum cor-
pus, tenebroso inhorrens sita, nisi oculorum
illumineatur alpeſtu. Quod ergo Sol, & Luna
in cœlo, hoc sunt oculi in homine. Sol, & Lu-
na duo mundi lumina. Oculi autem quedam
in carne sydera fulgent desuper, & inferiora
claro illustrant lumine, nec patiuntur noctis
quibusdam nos tenebris implicati, specula-
tores quidam nostri die, ac nocte excubant. Nam
& ex sopore membris cæteris citius excitantur,
& vigilantes circunspectant omnia, &
cætera, quæ ille vit admirabilis fatus pro-
sequitur. Familiarissimi est ex hoc loco re-
rum corporearum tam naturalium, quam ar-
tefactarum descriptiones nobilissimas trahere,
vt plenius suo loco ostendemus. Viden' vt
Ambroſium illud os, etiam Hirundinem, &

nidum à materia, & forma simul describant.
Hirundo minuta corpore, sed egregie pio
sublimis affectu, qua indiga rerum omnium,
prestiosiores auro nidos struit. Deinde legit
enim festucas ore, easque luto illinit, vt con-
glutinare possit. Sed quia lutum pedibus non
potest deferre, summittat peniarum aqua
infundit, vt facile his puluis adhæreat, & ha-
bitum, quo paulatim festucas, vel minulos
surculos sibi colligat, atque adhærere faciat.
Hæc de materia, statim formam exhibet, &
fabricam speciosam instar paumenti compla-
natam, sine texturarum rimulis, ne teneris fri-
gus irreat.

Define.

CAPUT XLVII.

*F*inis quidem exitu, cauſarum vltima est,
destinatione autē prima. Nam vt ex radice Fini cœpi-
caudex, tami, folia, fructusque erumpunt: Sic tē ad ſi-
ex fine tota vis, & ratio actionum humanarum ma-
existit. Nec sine cauſa Galenus r̄vte. r̄ 185
διόλην πίσα nominat Diuus vero Chrysostomus. Galenus
stomus aut̄ imprimis cuique intelligenti co-
siderandum esse finem, à quo si rectum omni- orat. 3. de
um œconomia cœperit, longè melior, & for-
gloria, tunatio eit, non modò in maioribus nego-
tijis, sed in ijs etiam, quæ lenioris videntur mo-
menti: διονεις προς τη διάβρα, καὶ πλεύ-
σιον, πίστα ταῦθα γένη προτερη, καὶ επι-
ρουέμ διάβρα. Καὶ καὶ τοις διεπρεπέστερος
quod spectat illud Satyrici.

Et aliquid, quæ tendit, & in quod dirigi arcum: v. 69.

An passim sequitur coruus, testaque, into-
que,

Securus, quod pes ferat, argue ex tempore
vix.

Inseritigitur imprimis in ijs, quæ tractan-
Finū pri-
tur rebus, finem accuratè cognoscere, quando mū. & v-
ex eo prudens orationis distributio futura est.
Sed euénit per se p. vt siue propter ingenij. & minus cœ-
judicij imbecillitatem, siue ob prauos affe-
ctus, qui instar subiū clatissimo aliqui mā. effe de-
mentis sideri offenduntur, siue etiam ob insi- bet qui an-
tam rebus humanis obscuritatem, ad finem tiqua cogni-
hallucinemur, fictumque pro vero arripi- tu fuit af-
mus, ex quo magni, & infiniti errores pulsū. scilicet
ſunt.

In

Ecl. 7. v. In quaⁿtione , quam de finibus bonorum & malorum philosophorum disputatio ventilauit , ducentas octoginta , & octo lectas esse Marcus Varro Romanorum omnium doctissimus animaduertit : Quæ tamen omnes à vero aberrarunt , ipfa deinde media , quæ respectu vnius , ac solius finis permulta sunt , in infinitum crescere oportuit . Ex quo sexcentis erroribus , & vitijs oppletum fuit humanum genus . Nec mirum , si diuina ha-
30- bient oracula . Hoc inneni , quod feceris Deus h-
minem ratiū , & ipse se insinuat misericordia quā-
tionibus . Vt in hoc , ita in multis , vel minis-
mis quotidie peccatur ab imprudentibus , qui
fit , ut magnum sit ad stabilendam cauſam adiumentum , deliciatum finem agnouisse .
Vides aliquos ad dicendum aggredi , ante-
quam quid velint , aut spectent , aut à quibus ,
aut quomodo destinantur . Vnde & verba
quasi globulos ex argilla mittunt in pecto-
ra , quæ statim franguntur antequam eō , quod
missa sunt , perueniant . Contra alios , qui & fi-
nem syncerum omnino spectant , & ipsum
qualis sit egregiè norunt , faces , & sagittas ignitas
in animos spargere . Tanti est in eo esse
prudentem . Est autem finis , ut recte animad-
uertit Aristoteles , id cuius gratia fit ali-
quid idque non extreum , sed optimum , &
recte D . Augustinus finem perfectionem esse
ait , non consumptionem . Vbi recte assignatur
est finis , quod in deliberationibus maxime
facto opus est , ad eum tanquam ad centrum
omnia argumenta referri solent , quæ media
esse oportet ad finem destinatum consequen-
dum . Hunc sibi finem aliquis proposuit , di-
uitem fieri oportet . Bevè moritur , qui dum mo-
ritur , lucrum facit . Continuò avaritia suggerit
argumenta ad finem accommodata .

3. Aug.
enarr. in
psalm. 33.
Vbi finis
in delibera-
tionibus
principius.

Perf. sat. 6.
75.

Vnde animam lucro , mercare , atque excute
solers ,
Omne latus mundi : ne sit prestantior al-
ter ,
Cappadocas rigida pinguis plausisse cata-
sta ,
Rem duplica . Fecit : iam triplex , iam mihi
quarto
Iam decies redit in rugam . Depunge , ubi si-
bam .
Inuentus , Chrysippe , tui finitor acerui .
At si quis amat bonam mentem , & co-
lum itineris sui terminum statuit , inclamat
spiritus .
— nostrum est

Quod viuus : cinu , & manes , & fabulaſ-
es ,
Viue memor lethi fugit hora , hoc quod loquit
inde est .

De vſu & amplificatione cauſarum .

CAPVT XLVIII.

Cic. 3. de
natura
Deorum.

Ex iis apparet huius loci vsum frequen-
tissimum esse , eundemque utilissimum . Materia ad corporearum rerum , sive natura-
lium , sive manufactarum commendationem ,
vel vituperium valet . Qualis est enim mate-
ria , tale plerumque est opus , sic Cicer . 3. de
natura Deorum , omne corpus mortale esse
probavit , quia constat ex elementis . Omne
corpus , inquit , aut aqua , aut ignis , aut aer , aut
terra est , aut id quod concretum ex his , aut
aliqua ex parte eorum , horum autem nihil
est , quod non intereat . Efficiens eruditam ha-
ber cognitionem , & vbi multa simul congru-
unt , per amplam dicendi materiam suppeditant .
Tum in excoitando ingenium , in diri-
gendo iudicium , in explicando flumen orati-
onis expromunt . Forma interior ad Philosophos
pertinet , species , & figura exterior ad
hypotyposon vsum non mediocriter fa-
cit . Iam vero finis , in deliberatiuis orationibus ,
omnino necessarius est , & ad ordiendam
orationis telam aptissimus . Ex cauſarum
qualitate , effectorum fermè rationem ,
conditionemque inferimus , non leibus ar-
gumentis , si modo cauſa ipse recte assig-
natæ fuerint . Alioquin non deērit confitandi
locus , si materia , si forma , si efficiens , aut finis ,
præter rem , aut etiam contra rem ab aduer-
sario constiturus , offendetur peccasse in prin-
cipijs , cauſas , aut fallas pro veris , aut obſcu-
ras pro certis , aut pro germanis remotas at-
tulisse . Aliæ proferentur , quæ cum ratione ,
& communi hominum sensu , & effectis con-
sentiant . Sic qui Solem noctis cauſam dixer-
it , quod eius absentia terris nox irreat , con-
vincetur falsam cauſam attulisse , non enim
Sol cauſa tenebrarum est , licet ex eius absen-
tia nox necessario consequatur . Verum cum
ansam cæteræ cauſas refutationis præbe-
ant , maximè tamen efficiens , quæ ut pluri-
mum in mulros ramos diffundi solet , & ac-
commodatæ per amplificationem tractari .

A2

Exem-